



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Tortura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Quartò, contra tutorem non confici-
entem inventarium, quomodo proce-
datur, vide Covar. lib. 2. cap. 14. num. 5.
& 6. & an ulterius Episcopus, vel Mo-
nachus possint esse tutores, responderetur,
& distingue cum gloss. in cap. pervenit,
in ver. tutel. dist. 86.

Quintò, tutoris gesta valent, quando
fuit habitus, tentus, & reputatus ut tutor,
quia hoc casu communis reputatio facit
jus, l. Barbar. ff. de offic. Præ. Caputaq.
dec. 23. p. 23.

Sextò, tutor exequutor testamenti, &
curator potest esse nedum presbyter sæ-
cularis, sed etiam Religiosus, modò hoc
faciat de licentia sui superioris, & non
turpis lucri gratia, Navar. cons. 1. num. 3.
& 4. ne cler. vel mon. quicquid dicat Sylv.
in ver. sepultura, §. 9. Tabien. ver. sepultu-
ra, §. 12. num. 14. per cap. neque, 88. dist.

TORTURA.

PRImò, an prælatus possit torquere
clericos per laicos, vide in ver. excomm.
in causa efficiens, §. 2. Navar. in cap. nul-
lum, 18. quæst. 2. & cons. 5. de fo. comp. &
cons. 29. de sent. excomm. ubi includit ita
observari in Gallia, & in urbe Rotæ,
quicquid dicant alii, & ita ego servavi
etiam.

Secundò, de materia torturæ, vide Pa-
norm. in cap. cum in contemplatione, per
totam, de reg. jur. Diaz. Pract. crim. can. c.
117. Covar. pract. quæst. cap. 23. num. 5. §. 1.
conclusio.

Tertiò, quod si tortus moriatur pro-
pter inusitata tormenta, vide Bald. in l.
1. C. de emend. serv. Ang. in l. nemo carce-
rem, C. de exact. trib. lib. 10. Brunius in
tract. de beneficiis.

Quartò, an per unum testem possit quis
torqueri? Abb. in cap. gravis, num. 6. de
deposi. gloss. in l. 1. C. ad leg. Jul. majest.

Quintò, torqueri faciens prælatus cle-
ricum ultra modum, excedendo metam,
est excommunicatus, in cap. universitatis,
& ibi gloss. & Pan. de sent. excomm.

Sextò, ad torturam an sit ponendus
clericus, ex confessione facta coram ju-
dice laico, vel extra judicialiter: vide, &
distingue cum Cap. Tolos. quæstio 415. &
ibi Addit. vide Afflict. in consil. si damna
clandestina, num. 32. ubi dicit, quòd non
facit iudicium ad torturam illa confessio,
& hanc dicit esse communem: sed an i-
dem sit in clerico conjugato cum unica,
& virgine, vel mortua, vel ea vivente.
Afflict. loco citato, num. 33. se remittit ad
Ioan. And. in cap. unico, de cler. comm. libr.
6. sed ego dico, quòd si incedit iuxta
formam sac. Conc. Trident. sess. 23. c. 1. de
reform. quòd gaudet.

TRANSACTIO.

PRImò, transactio facta à capitulo Ec-
clesiæ, nisi omnes consentiant, non
valet nisi in evidentem Ecclesiæ utilita-
tem, & illi solùm obligantur, qui con-
senserunt, Capyc. dec. 4. num. 5. & 6.

Secundò, in transactionibus non da-
tur rescissio, ut per deceptionem ultra
diuidiam, gloss. in cap. cum causa, in ver.
resuenerunt, de empt. & vend. vide Gom.
in quæst. 2. de ann. poss. col. 2. & 3. gloss. in c.
cum inter, in ver. iuramentum, de renuncia-
tio. sed potest vel officio iudicis, ut mi-
nor, ut Ecclesia, ille qui lætus fuit, gloss.
ibidem, vide Inn. in c. cum causa, de empt.
& vendit, & ibi Abb. ibidem num. 7. & 8.

Tertiò